

## DOCTRINAE CHRISTIANAE

nus flagitorum licentia, uel falsa humanæ tum sapientiae,  
tum iustitiae persuasio, iam sæculis aliquot occupauerat,  
per paucis sanè, ijq; admodum obscuri fucrc, qui Domi=   
num nostrum IESVM CHRISTVM, unum illum  
esse, qui factus nobis est, sapientia à Deo, iustitiaq; et ac  
redemptio, & penitus cognouissent, & libere agnouis=   
sent. Quotus enim quisque tam superiori quam nostra  
ætate, priusquam præsens Euangeli lux oriretur, etiam  
inter Christianiss. extitit, qui non bonam sapientiae, iu=   
stitiae ac salutis partem, cum sibi ipsi, tum creaturis  
alijs tribuerit?

### II.

Nunc autem restitutis apud minime paucos, in suum  
locum, diuinis literis, ac rursus crebrente palam Euan=   
gelio regni Dci, uulgo non agnoscitur modo, uerum etiam  
ficationis, prædicatur, omnem hominem mendacium esse, & uani=   
& summa tatem, nihilq; salutem mortalium, atque ideo uere mala=   
uitæ Chri= dictum, qui uelsibi, uel alijs Adam filijs confidat, ab uno  
autem seruatore nostro IESV Christo, fundiuerba ui=   
tae æternæ, simul ac donari spiritum, qui innouatos nos,  
Dei filios & hæredes constituit. Hic enim suo noster testimo=   
nio, & interna illa doctrina, qua in omnem ueritatem in=   
ducit, ita docet, illustrat et accendit, ut Dcum patrem, per  
mediatorem nostrum IESVM Christum uere cognosca=   
mus, cognitum impensa amemus, amat dignationi & bo=   
nitati, nos nostraq; omnia, certa fidutia committamus, to=   
ti in eo, ut ad huius beneficentiss. patris et redemptoris no=   
stri, tam exemplum quam præscriptum, nouum & præ=   
cipuum